



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 55. Distributio beneficiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. reposcere ab eis rationes, fontesque com-  
 A. C. 1390. pertos carceri mandare. Scribebat 19  
 Octobris. Simile mandatum dedit Bel-  
 tranixeo Comi, Gerardo Raceburgi Epis-  
 copis, Nicolao Messanensi, Gerardo Hill-  
 desiensis, aliisque.

## §. LV.

*Distributio beneficiorum.*

A principio sui pontificatus Bonifacius per  
 cunctas regiones sibi obnoxias voluit  
 edici, se gratias collaturum Clericis om-  
 nibus, qui venirent Romam. Itaque  
 Frois. 4. c. 10. quam plurimi se in viam dederunt: sed  
 appropinquantes Marchiæ Anconitanæ,  
 ac Æmiliæ magno in discrimine versa-  
 bantur. Nam Bernardus Salius, qui hoc  
 confinium pro Clemente tuebatur, illos  
 ex insidiis per vias observari iussit, ita ut  
 multi libertate, multi vita privarentur.  
 Gobel. c. 84. Qui Romam advenerunt, emuncti pri-  
 p. 274. mum argento; tentata dein eorum do-  
 ctrina; postremo, cum beneficia distri-  
 buerentur, Clerici pauperes in albo ulti-  
 mi collocati sunt, ita, ut illa eis pœne  
 ne inutilia fierent. Nam quia Bonifa-  
 cius anno secundo ac tertio albis pluri-  
 bus cum suo nomine diem & annum al-  
 bi primi apposuit, his albis comprehensi  
 officiebant pauperibus, qui anno primo  
 gratias impetraverant.

## §. LVI.